

BREVE RECORDATIONIS TESTAMENTI

1194 ottobre 18, Bergamo

Pietro della Scala fa testamento nuncupativo istituendo erede per metà dei propri beni il figlio maschio nascituro, ovvero, se nascerà una figlia femmina, la medesima per due terzi di tale metà e le nipoti lasciate dal figlio per un terzo della stessa; e i poveri per l'altra metà, tra persone da determinarsi da esecutori designati in Guglielmo canonico della Chiesa di Bergamo, in *magister* Ottobono da Sant'Eufemia, in Saturnino *Gaytti*, in Marchisio da Mornico e in Alberto di Acatto della Scala, e con il consiglio di *dominus* Oprando di Sant'Alessandro. Gli stessi esecutori decideranno per la suddivisione dei beni in caso di morte prematura del figlio o della figlia nascituri, e garantiranno in ogni caso che il nipote Oprandino, figlio della fu Lorenza figlia del testatore, abbia un legato di cinque lire. Stabilisce altri legati a favore della chiesa di Sant'Eufemia in Bergamo e di vari parenti e servitù della casa, e un vitalizio per la moglie *Canetha*. Istituisce quindi quali tutori per i figli fino alla maggiore età i detti Saturnino *Gaytti* e Marchisio da Mornico.

Originale:, ASDBg, AC perg 398 A (*segn. ant.* : B.XI) [A]. Pergamena in buono stato di conservazione (mm 310 x 405), presenta qualche buco lungo le piegature ma senza danno per la lettura. Fori di cucitura al margine inferiore: era infatti allegata una pergamena del 1197 relativa all'esecuzione del testamento (documento che si pubblica di seguito). A tergo, di mano del sec. XV: *Testamentum condam domini Petri de la Scala | factum de anno 1194 die 14 exeunte aprilis* (!), e, di mano del sec. XVI: *Testamentum Petri dela Scala*.

Una die mensis octubris que fuit quartadecima dies exeunte ipso mense, in civitate Pergami, in domo Petri de la Scala, presentia infrascriptorum testium. | Breve recordationis testamenti facti per nuncupationem a prenominato Petro de la Scala. In primis enim instituit sibi heredem filium suum nascitum, si masculus natus fuerit, in | medietatem omnium bonorum suorum, et si femina nata fuerit ipsam feminam suam filiam nascitaram et alias habiatricas suas ex filio¹ in medietatem omnium bonorum suorum sibi heredes | instituit, ita videlicet ut^(a) filia nascitura habeat duas partes illius medietatis, habiatice vero terciam habeant. In alia vero medietate, si masculus vel femina ei natus vel | nata fuerit, pauperes sibi heredes instituit, que medietas dari debet et designari pauperibus arbitrio domini presbiteri Guilielmi canonici pergamensis ecclesie^(b) et magistri Ottoboni de Sancta Eufemia et Zanturnini | Gaytti et Marchisii de Murnico et Alberti Acatti de la Scala et consilio domini Oprandi de Sancto Alessandro. Et si filius masculus ei natus fuerit vel femina ei nata fuerit et in pupillari | etate decesserit, pauperes ei substituit, similiter vero pauperibus bona dentur et designentur [ar]bitrio predictorum. Et si filius vel femina nascitus vel nascitur transacta pupillari etate infra etatem decem et octo annorum decesserit, rogavit filius vel filia^(c) quicumque ei natus fuerit vel nata ut^(a) restitueret hereditatem, scilicet suam partem quam tunc haberet, pauperibus | distribuendam arbitrio predictorum. Eo tamen excepto ut^(a) de bonis illius pupilli vel pupille habeat Oprandinus filius quondam Laurentie filie sue libras quinque, quas libras quinque habeat ipse Oprandinus | sive masculus vel femina nascitus vel nascitura decesserit vel vixerit, et Oprandinus usque ad maiorem etatem scilicet decem et octo annorum pervenerit. Ecclesie Sancte Eufemie legavit duo sextaria | fictum, unum frumenti et unum milii, super molendinum suum quod appellatur Molendinum Clericum, pro mercede anime sue. Et terram quam habet iuxta idem molendinum similiter eidem ecclesie Sancte^(d) Eufemie | pro mercede anime Galitioli filii sui legavit. Imildine camerarie^(e) sue legavit solidos quadraginta absque illis solidis quadraginta quos confessus fuit ei dare debere pro mercedibus suis; Albertino servienti | suo legavit solidos quadraginta absque illis solidis decem quos ei profitetur debere^(f) pro mercedibus suis; Undrathe filie quondam Lanfranci de Cazano legavit solidos viginti; et filie quondam Anesie de Plecta | solidos viginti; hoc modo: quod non habeant ipsos denarios usque ad etatem duodecim annorum, set usumfructum tantum, et si aliqua earum sine heredibus decesserit^(g) penes heredes suos remaneant. Et ordi[n]avit ut Canetha uxor sua habeat victimum et vestitum de bonis ipsius Petri donec vixerit et lectum suum et filios suos custodierit, sin autem filii sui decesserint non ulterius aliquid habeat^(h) |

excepto eo quod ipse Petrus ei iam ordinavit et nunc ordinat scilicet libras sex. Serene socrui sue et Imildine cognate sue et Canethe uxori sue legavit hoc quod ei debent Morandus | et Albertus fratres illius uxoris sue et quod continetur in brevibus, hoc modo ut Serena sola habeat facultatem et licentiam exigendi et habendi⁽ⁱ⁾ ipsos denarios donec ipsa Serena vixerit, et filiabus suis | et sibi distribuat usumfructum eiusdem pecunie; ea mortua filie suas partes legati percipient et habeant. Et insuper tutores instituit et dedit filio vel filie nascituro vel nasciture | et neptibus suis, qui⁽ⁱ⁾ tute indigent, Zanturninum Gaytti et Marchisium de Murnico. Factum est hoc anno | Domini millesimo centesimo nonagesimo quarto, inductione duodecima. | Interfuerunt ibi testes rogati Obertus Petregalli Guayvettus de Cassatica, | Iohannes de Plecta, Bonazinus Bonazene, Lanfrancus Guarinonis, Petrus filius Iohannis Pilicis et Petrus | Guarinonis. Et plures cartule uno tenore fieri rogate sunt.

(SN) Ego Iohannes Valcosii sacri palacii notarius interfui et rogatus scripsi.

Note

(a) *A u(bi).* (b) *A ecclesie nel soprалineo.* (c) *A filiu(m) vel filia(m).* (d) *A sancte nel soprалineo.* (e) *A camerarie corretto su camararie.* (f) *A debere corretto su dare.* (g) *A decesseri(n)t.* (h) *A habeant con n in eccesso espunta.* (i) *A et habendi nel soprалineo.* (j) *A que(m).*

1. Queste *habiatice sue ex filio* possono essere identificate con gli *heredes Galitioli filii sui* menzionati nella *cartula solutionis* allegata.

CARTULA SOLUTIONIS

1197 marzo 3, Bergamo, *in choro Sancte Marie*

Marchisio da Mornico e Saturnino *Gaytti*, quali tutori degli eredi del fu Pietro della Scala e degli eredi di suo figlio Galiciolo, rilasciano quietanza a prete Guglielmo, canonico della Chiesa di Bergamo, per il pagamento di 25 lire imperiali residue del prezzo per l'acquisto di una terra in Trescore, che Pietro, all'atto di dettare il proprio testamento, aveva ricordato al prete spettare a sé e quindi ai propri eredi, presenti il notaio rogante e Oprando di Sant'Alessandro, pur non inserendo questo punto tra le clausole del testamento scritto.

Originale: Bergamo, ASD, AC perg 398 B [A]. Pergamena in buono stato di conservazione (mm 165 x 230), già allegata al margine inf. della pergamena 398 A (fori di cucitura al margine inf.).

(SN) Una die mensis madii que fuit tercia dies intrante ipso mense, in civitate Pergami, in choro Sancte Marie. | Contenti et confessi fuerunt Marchisius de Murnico et Zaturninus Gaytti tutores heredum Petri de la Scala et heredum Galitioli | filii sui nomine ipsorum heredum Petri et Galitioli, quod dominus presbiter Guilielmus canonicus pergamentis ecclesie eis nomine predictorum pupillorum dederat et soluerat libras vigintiquinque imperialium aut eorum loco sine fraude currentium, que remanserant ad solvendum | tempore mortis suprascripti Petri de la Scala de precio compre quam ab eodem Petro ipse presbiter Guilielmus fecit ad Triscurium¹. Et insuper ibi contenti^(a) et confessi fuerunt prenominati tutores quod prefatus Petrus de la Scala in infirmitate de qua obiit, tempore quo condebat testamentum, | manifestavit et dixit ac confessus fuit, audientibus etiam domino Oprando de Sancto Alessandro et Iohanne Valcosii qui testamentum illud | scribebat et predicto Zaturnino et aliis testibus qui intererant testamento, quod ipse presbiter Guilielmus eidem Petro bene solvatur et integre precium | predicte compre exceptis libris vigintiquinque imperialium, de quibus libris vigintiquinque ipsi tutores suprascripto modo confessi fuerunt. Dominus etiam | Oprandus suprascriptus et Iohannes Valcosii ibi confessi fuerunt quod ita prefatum Petrum de la Scala, ut superius scriptum est, tempore quo faciebat testamentum | profiteri audierunt.

¹ Trescore (oggi Trescore Balneario).

Factum est hoc anno Domini millesimo centesimo nonagesimo septimo, indictione quintadecima.
Magifredus de La|lio, Oldo de la Crotta, Albertus iudex de la Turre ibi testes interfuerunt.
(SN) Ego Iohannes Valcosii sacri palacii notarius interfui et rogatus scripsi.

Note

(a) *A* cont(en)nti.